quod ipsi constituentes nullo titulo honoris vel
administrationis dignitatis vel officii ecclesiastici aut
mundani per I. Luc. Io. predictos eis dato in-
tentur, sed illum dimittent et nos nomine et
ipsorum ex nunc dimittimus eundem. Item quo
supra nomine et in animas predictorum promittimus
et iuramus quod predicti constituentes recipi-
ent et curialiter tractabunt nuntios et gentes
sancte Romane ecclesie et nostre ac successorum
nostrorum cum venerint per Civitatem et distric-
tum Mediolanensem ipsosque defendent et protegent
dummodo transeant ipsis scientibus sine fraude
de sicut alii. Item promittimus et iuramus
nomine et in animas eorundem quod constituentes
predicti omnes et singulos clericos et laicos qui
pro sancta matre ecclesia de dicta Civitate et
Comitatu extrinseci existunt reintrare Civi-
tatem et Comitatum predictos et gaudere bo-
nis suis permittent. Et quod predicti constituen-
tes permissos Archiepiscopos Episcopos Abbates Priores
Prepositos Decanos Archidiaconos Archipresbi-
teros clericos regulares et seculares ecclesias et ecclesiasti-
cas personas et etiam laicos extrinsecos de dicta
Civitate gaudere permittent nec impedient
quominus gaudere possint omnibus suis
libertatibus redditibus et proventibus iuribus
et obventionibus in dicta Civitate et distric-
tu seu comitatu eiusdem et aliis terris ipsorum
iurisdictioni subiectis quantum in eis est
nec dabunt impedientibus auxilium consi-
lium vel favorem per se vel alium directe vel in-
directe ipsosque permittent reintrare predictas
Civitatem et Comitatum nisi pro forefactis
manifestis et iustis banditi existant vel pro-
pter iniuriam particularem quam habent cum eisdem
nobilibus de Vicecomitibus aut rebellionem
manifestam contra Civitatem predictam pre-
ter illos de lature quos propter iniuriam ca-
pitalem quam cum eisdem nobilibus de Vi-
cecomitibus habent et habuerunt antequam esset
in rebellione ecclesie memorate ipsis tamen ob
reverentiam sancte matris ecclesie bonis suis gau-
dere permittent nec impedientibus auxilium
vel favorem dabunt dummodo ad mandata
dicte Civitatis et Comitatus stent nec in
Vicecomitibus seu gentibus Civitatis vel

Comitatus predictorum dampna inferant
aut guerram moveant. Cum vero Deus et
nos sanctissime pater ipsos ad pacem et concor-
diam cum ipsis Vicecomitibus populo et Comita-
te Mediolanensi reduxistis petimus si eis pla-
cebit Civitatem et Comitatum predictos rein-
trare. Item promittimus et iuramus quo
supra nomine et in animas predictorum nos facturos
et curaturos quod ipsi omnia et singula per nos
supradictorum constituentium nomine promissa et iu-
rata constituentes in consilio generali facien-
do in eadem Civitate ut moris est affir-
mabunt confirmabunt et ratificabunt spe-
cifice singulariter et expresse et ea etiam ipsi
iidem solempniter singulariter et expresse pro-
mittent et iurabunt et ad ea omnia et sin-
gula observanda et complenda se obligabunt.
Quibus quidem recognitionibus confessio-
nibus petitionibus et supplicationibus ac pro-
missionibus et iuramentis coram nobis
et fratribus nostris per eosdem procuratores
Sindicos et nuntios nomine quo supra
factis ac in animas ipsorum prestitis ut superius
continetur et a nobis receptis. Nos non at-
tendentes predictorum nostrorum excessuum et debitorum
gravitatem et magnitudinem sed illius po-
tius cuius proprium est misereri et parcere vesti-
giis quantum possumus inherentes et
volentes propterea nobiscum agere misericorditer
in hac parte vos clerum populum ac Commune Ci-
vitatis Comitatus et districtus predictorum
ad nostram et eiusdem sedis gratiam recipimus
sub modis et formis superius expressatis et
prenominatos procuratores Sindicos et nuntios
vestros promissis et in animas vestras ut proferuntur
iuratis vosque nichilominus ab omnibus proces-
sibus penis et sententiis quos et quas propter re-
bellionem predictam et adhesionem dictorum
L. de Bavaria et Petri de Corbaria et alia
premissa per eosdem procuratores sindicos
et nuntios vestro nomine recognita et confessata
factis latis seu promulgatis ab homine
vel a iure quomodolibet manifestis de dictorum
fratrum consilio absolvimus et in integrum
restituimus ad famam statum honores
privilegia et bona quecumque de apostolice o-

plenitudine potestatis ac a nobis omnem
infamie maculam sive notam ex premissis
vel eorum contingentibus et dependentibus
ab eisdem obortam penitus abolemus im-
ponendi et iniungendi per nos vel alium
seu alios nobis presentibus vel absentibus
semel vel pluries ac etiam infligendi quas-
cumque penas et penitentias de quibus nobis
videbitur nichilominus potestate retenta.
Ita tamen quod vos omnia et singula per eosdem
Sindicos procuratores et nuntios vestros pre-
missa iurata acta et gesta in premissis et
vel circa illa quomodolibet infra instans fes-
tum Nativitatis dominice ratificetis et appro-
betis expresse ac promittatis et iuretis vos-
que obligetis ea completuros prout ad vos et
vestrum quemlibet pertinet et insuper perti-
nuerit servaturos inde confectis duobus
consimilibus publicis instrumentis seriem pre-
sentium continentibus vestroque sigillo mu-
nitis quorum uno penes vos retento reli-
quum nobis per illos de quibus ordinabimus
deferatur fideliter vel etiam transmittatur.
Interdictum autem cui Civitas Comitatus
et districtus predicti occasione premissorum
subiacent usque ad dictum festum sic in pre-
senti suspendimus quod si premissas ratifica-
tionem approbationem et alia superius expres-
sata infra dictum terminum compleveritis ut preferturr dic-
tum interdictum extunc prout exnunc et
exnunc prout extunc pro amoto penitus
habeatur. Si vero ea omiseritis complere et
vel contra promissa et iurata huiusmodi venien-
tes vel aliquid in contrarium attemp-
taretis scienter vos in eosdem processus
penas et sententias recidere dictasque Civi-
tatem Comitatum et districtum similiter
subiacere interdicto volumus et decernimus
ipso facto. Atque absolutio restitutio abolitio
et alia que in favorem vestrum superius sunt
concessa tunc sint nulla cassa et irrita et
habeantur totaliter pro infectis. Quequidem
omnia et singula predicti Sindici procurato-
res et nuntii vestri expresse vestro nomine et
approbarunt ibidem et cum gratiarum acti-
onibus acceptarunt solempniter promit-

tentes se facturos et curaturos quod vos ea rati-
ficabitis approbabitis complebitis et obser-
vabitis sicut superius sunt expressa. Porro
per premissa vel aliqua premissorum privile-
giis per nos castris de Caravacio et de Mar-
tinengo Mediolanensis et Pergamensis dioce-
sum communibus seu incolis et habitatoribus eor-
dem concessis preiudicare in aliquo non
intendimus nec etiam derogare quinimmo
ea volumus in suo robore stabili permanere.
Tenores vero Sindicatuum predictorum secun-
tur in hunc modum. In nomine domini Amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo CCC. XXXIo.
Indictione XIIII. die Mercurii vicesimo po-
mensis Februarii in ecclesia maiori Mediolanensi
convocato et congregato Mediolanensi clero in
Civitatis dicte et districtus ut moris est in
per primicerium et Ancianos cleri ipsius
pro infradicto negocio specialiter peragendo. In
qua congregatione erant reverendi viri in
domino dompnus Astulphus de Lampugna-
no Abbas monasterii sancti Ambrosii Mediolanensis
Dompnus Lafrancinus de Civano Abbas
sancti Simpliciani dompnus Gabrius de
Glusiano Abbas sancti Vincentii inter pratum
Dompnus Iacobus de Grassellis Abbas sancti
Victoris Dompnus Beltraminus de Beddano
Abbas monasterii Morimondi Mediolanensis diocesis
procurator et sindicus omnium infra
scriptorum monachorum dicti monasterii suum dominus
Iohannes de Vicecomitibus dominus Robertus de
de Vicecomitibus archipresbiter dominus Iacobinus
de Vicecomitibus dominus Thomasinus de Lan-
driano dominus Francescolinus Boldurzonus
dominus Gasparus de Sancta dominus Iacobus de
Vellate dominus Martinus de Carbano dominus
Robertinus de Vicecomitibus et dominus Iohannes in
de Vicecomitibus de Olegio omnes ordinarii
ecclesie maioris Mediolanensis dominus presbiter in
Arditus de Cantuno primicerius dominus
Ardizonus de Comite prepositus sancti
Laurentii dominus Iohannes de Lampulgano et
dompnus Castellus Ipolatus monachi sancti
Ambrosii dompnus Manfredus de Castelle-
te dominus Iacobus Curtus et dominus La-
francinus de Civano monachi sancti in